Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

radicem magna et alio nomine
diffundens appellat Et aliqui per
eam intellexerunt unsteron. sed
fal[s]e intellexerunt, et hec stipitem
et folia similia folys lauri. Et
flos eius est albi coloris, et pdu[cit]
fructum nigri coloris. et folia eius
sunt minus frangibilia propter
viscositatem quam folia lauri, et
magis lata De Complexione no[ta]
quod est ca[lida] et sic[ca] in t[er]cio De Operati/
bus nota quod assumpta et potis
sime si folia assumuntur educunt
potenter fle[gm]a. Unde folia debet
poni in aceto et mitti per septe
dies, et postea exiccent et dent
Item folia eius eductia provocant
vomitum no[ta] quod nauseam inducunt
Item si folia supponantur cum mirra
et alys inecia mulieris potenter
educunt menstrua

Laureus est arbor cuius folia
assimilantur folys mirti
verum maiora sunt. Eius
species sunt masculus et femina
Masculus non producit grana, et
femina producit grana que bacce
lauri dicuntur De Complexione
nota quod secundum Serap[ionem] est ca[lida] et sic[ca]
in tercio Avicen[na] dicit quod sit ca[lida] et
sic[ca] in s[ecun]do Illa que sunt fortiora
in lauro sunt grana eius, et in
lauri radice est cortex qui etiam
in operibus commendatur. et grana
sunt maioris efficacie, ita etiam
sunt caliora. n[ota] Avicenna loquitur
de ligno cum folys Sed Serapio
loquitur de granis lauri, et qui
libet eorum bene dicit / De
Operibus et proprietatibus no[ta]
quod grana valet multum in doloribus
iuncturarum precipue a frigiditate

Causatis et a flate quia resolvunt
confortant et exiccant, ymo in
paralisi oleum laurinum commendatur
Item grana valet in lassitudine
membra inducta ex humiditate
Item valent ad removendum zoda
provenientem ex materia frigida, et
plus oleum eius; Item grana et fo-
lia applicata capiti per viam decoc/
tionis vel igitur in lixivio. debent
decoqui folia lauri, Item valet
oleum laurinum in tinnitu et dolore
auris. Unde bulliant grana cum
vino et apposito eorum modico
et distilletur in aurem removet
tinnitum. Item grana valet in
passionibus pectoris et in asmate
unde fiat cum melle et ex granis
Loch. Item in ulcere pulmonis, quia
abstergit et mundificat. Un-
de fiat electuarium cum granis lauri
melle et rob et cetera. Item grana
valent in doloribus epatis causatis
ex frigiditate. Unde dentur cum vino
odorifero. Item ad resolvendum
inflationes maxime causatas
ex ventositate Unde in ydropisi
ventosa facimus emplastrum ex granis
lauri et maxime confert. Item
valent grana ad frangendum
lapidem Item provocat urinam
Item educit aquam Item in doloribus
vesice et matricis causatis ex fri-
giditate. Unde decoquantur in aqua
cum alys appatis et sedeat paciens
in ea usque ad umbilicum; Item
valet in punctura apium vesparum
Unde commendantur. et per modum
emplastri applicantur Item in punc/
tura scorpionis Item cortex eius
valet ad frangendum lapidem